

Ioann. 9. 2. 13

Basilii Magni in vita, maior in morte

Quare in morte vita eius apparuit

Gregor. Magni

Ecclesia. Cum viderunt eum iam mortuum; unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua. Sanguis in hytrum, aqua in lavaerum; an post mortem aliquid videretur scriptum. Nec naves inventas dum factum post mortem vulnus. Verum quo intuitu vulnus post mortem? Ut ostenderet, qua maligni ignorabant potestatem. Vulnus in cadavere, non obducitur: semper apertum: & latus Christi aperitur, quamvis iam viderunt mortuum; ut cognoscerent quis esset mortuus, & in virtute quam magnus: igitur plusquam magnus coruscabat, qui etiam post mortem peccata scripta delebat.

18. Non extra Basilii virtutem tanti miracula specimen. Vixebat, cum esset mortuus; quia mortuus erat, dum vigebar vitalis habitus. Vivens, sed dumtaxat in caelestem paradisum; vita eius abscondita cum Christo in Deum. In morte vitalitas apparuit, quam vita abscondit. Mortuus sane, sed mortui specie, viva radice. Est Basilii ex illis, qui sic caelestia appetunt (ut utat Gregor. Magni, verbis, 8. in Job, cap. 15.) ut tamen a terrenorum spe minime frangan- tur. Largita divitiis patrimonii, ad ne- cessitates suscipiendum possident, honores sibi temporaliter impensas retinent, aliena non ambiunt, suis licite utuntur: qui tamen ab eisdem rebus, quas habent, alieni sunt; quia ad hac ipsa que possident, ex desiderio non tenentur. & sunt nonnulli infortium, qui ad comprehendendum culmen perfectionis, dum altiora interiori appetunt; exteriori cuncta

relinquunt. Qui rebus se habitis nudant, gloria honoris expoliant: qui interiorum desiderio per assiduitatem se antea miororis afficiunt, habere de exterioribus consolati- onem nolunt: qui internis gaudiis dum mente appropriant; vitam in secundis cor- pora delectationis necant. De talibus Pau- lus: Mortui enim estis, & vita vestra ab- scondita cum Christo in Deo. Hec vita, hęc mors Basilii, cuius funeris (qui fecerat vitę Nazianzen. d. describit apparatus; ut post mortem eius de Iuliano Apostata de- monstraret triumphum. Victor mortuus est Traianus, sed post mortem concessus ei hon- or victori debitus. Imaginem Traiani cur- su triumphali vexit successor Adrianus; ut optinus Imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret gloriam: subdit Aelius Spartian. d. Haud fecit visum in Basilio, de quo late Sarius & Amphilocho Iulianum vicit, de illoque mortuus triumphavit; ut cuncti Basilii demirarentur singularem potestatis magnitudinem; dum ei concessus triumphus etiam post mortem, ac in fere- tro veneratione collocante imaginem. Mortuus est. Gaudebat vita caelestis. Mortuus est, ut luceret quis & quantus, & in quo. Mortuus est, ut ipsa morte inter mortales pateret vixisse in carne. Unde Cyrus Theo- dor. apud Niceam in Orat. 20. Nazianzen. accinit: Ut carne casto vita decursa est tibi, cum ni- Ut carne recto clausus est vita dies. Ni te attigisset mortis atra spiculum, Non visus essem molis huius particeps.

El. Spartian

Post mor- tem triu- phat.

Cyri Theodor.



TAU-

TAUTOLOGIA TERTIA.

Relinquetur parvus & modicos, nequaquam multus; Isai. 16. vers. 14.

EXPOSITIO LITTERÆ.

U Nde aliquando iniuria, nonnumquam perfidia sub amicitia larva: etenim species obsequi vulnere aut vomica cordis, tantum amicitia species. Sequimur, & fugimus: dixit Scythia Alexandro. Curt. lib. 7. cap. 8. Illo- rum dexteritas, fuga veloci eiaculare sagittas: patet amicitia in fide à fidei credita, sed vulnerato à fiducia; dum quarit anxius opem, & manum in amico auxiliatricem: siqui- dem fallax sequentem perfide fugit, & sagittis retrò cædit.

Multis enim mortalium

Infidelis est amicitia portus.

Inquit Sophocl. in Aiac. v. 677. In forte larva, fausta profectò infelicitum, invenite tabu- lam post naufragium: verum summa extremaque calamitas in fortunio, natantem per- ire in portu. Haud aliter uvenit filijs Israël, fugientibus in Moab, vexationes obli- dionum Regum Allur, & Nabuchodonosor: equidem currentes in amicos, officijs sæpe dignatos, iuvenunt attriti crudeliores hostibus. Mors gravior sub pace latet in pœnas. Quis pace feret in amore repulsa?

Quis iam solatia fesso

Consiliumve ferat? Socius suspensor hoste.

Heu! quibus insidijs, qua me circumdedit arte?

Retulit hostiles animos, dum parcere fingit:

Atque utinam cunctos licuisse perdere bello!

Retulit hostiles animos. Prob fœdera sevo

Deterora iugo! Melius mucrone perirent

Aufirret, ne mihi luctu leviore sodales

Victa manus, quam lesa fides. Nullusne clientum

Permanet? Insensu comites, odere propinqui.

Quia muror invisam lucem? Qua sede recondam

Naufragij fragmenta mei?

2. Aptè cadunt carmina Claudiani in Panegy. de 6. Honor. consul. à v. 300. Moabi- te ergo Israëlitarum sequebantur fortunam; ceterum victis illis, subiugatoris victoriam. Quare non solum in angustia federati fugerunt amicos, qui fugiebant hostes sed perie- mbant fugientes in obsequium victoris, ut eius inirent gratiam, in quæstum vulnerantes amicitiam: imò ostentates animum misericordem, currentes uti in asyla; premebant in servitutem, divitijs cumulatis, ex fœderatis venundatis. Unde Moab quos numquam vicit,

Amicitia fallacis imagine cepit.

Quin cognosceret per abominabilem dedecorosam perfidiam, graviozem sibi elaborare catenam. Monuit Isaias v. 3. Ini consilium, coge consilium: pone quasi noctem umbram tuam (protectionem, quasi umbraculum) in meridie. Absconde fugientes, & vagos ne pro- das. Noluit, sed insidiosus se gessit. Iccireò ululabit ad Moab ad Moab: universus ululabit. v. 7. quandquidem in eadem angustia non habebit, quò se vertat. Senec. in Thyest. v. 11.

Sæpe in magistrum scelerum redierunt sua.

Fuere fœdistragi in focios, crudellissimi in inimicos, ut ostendit articulus exhumatio- nis Regis Idumæ, qui focios, Regum Iuda & Israël, subiugavit simul regnum Moab (de quo 4. Reg. 3. à 20.) quorum de inhumanitate altè queritur Dominus per Amos, 2. 1. Hęc dicit Dominus; Super tribus fœderibus Moab, & super quartum non convertam eum idest

Perfidia sub amicitia specie.

Sophocl.

Ferentur sub oculis fa- cie, sed agerunt.

Claud.

Ovid. 7. Met. fab 4

Sere eodem ingenio lu- antur.

Senec.

(id est, pratermissis pluribus sceleribus, super maximum non parcam, uti diximus, Tom. 5. T. 3. n. 125.) ed quod incenderit ossa Regis Idumeae usque ad cinerem: & mittam ignem in Moab & devorabit ades Cariath, & morietur in sonitu Moab inlangore tubae, &c. Latè egimus de utriusque articulo, & crudelitate Moab, Ephem. Mart. 19.

3 Fidem servarunt Nabuchodonosor, quando pugnavit contra Israël: at cum recessisset, fides illorum exanuit, fidentium in apparatu ac potentia Regis Aegypti & Tyri, qui illos liberare promiserant ab Assyriorum tyrannide; sed falsa aut fallaci cogitatione: etenim dederunt in manus de qua non poterunt surgere. Post quinquennium à vastatione Ierusalem, ait Joseph. 10. Antiq. cap. 11. & Adrichom. in Chronic. Ann. 3374. cum magnis copijs invasit Coelefyriam, qua subacta, bellum gessit contra Ammonitas & Moabitas: & his quoque perdomitis, Aegyptum hostiliter est ingressus; oculosque qui tunc regnabat, & alio Rege constituto, repertos ibi Iudaeos rursus captivos Babylonem abduxit. Brieius asserit subingationem Moab factam tertio anno ab excidio Ierusalem. Ita videtur Hieronymo. Potesit (ait) & de Babylonica captivitate praedici, quod post captam Ierusalem, transitis annorum trium curriculis, Moab à Chaldaeis vastanda sit: si ve quod in trium annorum spatio nulla eis damna sit requies. Inducitur praez auguror à Scripura in eodem versu Tautologia nostra. Nunc locutus est Dominus dicens: In tribus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo; & relinquetur parvus & modicus, nequaquam multus. Capietur Moab, sicut capta à Nabucho Ierusalem. Regnum utique populosum, sed totius universitatis videbitur exterminium, & citò, ne gaudeat de Ierusalem ploratu. Confundetur Moab sicut confusa est domus Israël. Tropè est interitus Moab ut veniat: malum eius velociter accurret nimis. Jerem. 48. à 13. Factum est: captivi sub Nabuchodonosor ac missi in eandem lagenam: Rex ac Principes catenati duri sunt in Babylonia; cum ita cuncti ab hostibus essent attriti, ut penè non essent. Moab igitur relictus parvus, modicus, & nequaquam multus.

4 Quid signet huiusmodi phrasis nostrum est propositum. Tribus his annis ab Hebraeorum servitute, fuit sub vastitate hostili, continuis Assyriorum excursionibus regio attrita, & ita belli continuatione vexata; ut quasi nullus ex tanta multitudine esset: quippe si aliqui, tantum specimen reliquiarum, qui servabantur in triumphum. Foret. Relinquetur sicut racemus parvus in vinea. Hispanice: La rebufo. Fructus racemationis, quem sibi colligunt inopes. Jerem. 8. 13. Non est tua in vitibus: dedi eius, quae praetergressa sunt. In sacris dicuntur reliquiae. Reliquias tuas interficam: Isai. 14. 30. Jerem. 41. 10. & 16. Ezech. 5. 10. & Amos, 5. 15. Perpicuus apud Profanos. Cicer. in Bruto, pro re exili & futili, inquit: Reliquias mense. Plaut. saepe in expressionem despicabilis argumenti, nulliusque fere substantiae, seu de re nihil, dicit Pœnuli. Act. 1. scen. 2. v. 54. Reliquias mulierum. Mostellar. 1. 1. v. 78. Reliquia relictæ. Cistellar. Act. 5. v. 13. Reliquium relinquitur. Denique in Curculion. Act. 3. v. 18. Reliquias reliquiarum: summam scilicet paucitatem, ad quam reductus Moab, ut dicit Evangel. Vates, 15. 9. His qui fuerint de Moab & reliquis terræ. Ita pauci facti sunt: igitur fere nullus superstes in & ex tanta regionis calamitate. Vigilanter Hebr. Reliquiae relictum; paucum parvum & modico minus. Clades magna, multitudinem ad modicum redigi, inimicorum validè hostilitate: verum extrema afflictio, quod inveniat ex multitudine tanta quod minus modico. Forer. ubi supr. Parvisset cum omni exercitu multitudinis; & reliquum erit modico minus, & non copiosum. Exergasice exprimitur à Malunda epitaftis paucitatis. Paucum, pusillum, plusquam parvum, parvum minus pusillo. Iusta prorsus retributio. Ierusalem Moab insolenter irritit, sed eius multitudinem tumidam Deus ad nihilum redegit.

5 Hoc stylo signatur diminutio Moab, ex bello relictus parvus, expugnatione modicus, ex captivitate nullus. Iteratio ergo vocum idem significantium, sed diversarum equivalentium, in Biblijs sufficitur pro superlativo, quo carent Hebraei. Pauper & inops, egenus & pauper: id est, maximopere, afflictus valde ærumnosus, summè vexatus, uti diximus, Tautolog. preced. n. 11. Plaut. in Pœnuli. Act. 1. scen. 1. v. 2. Egenas, inopiofas. Eurip. in Helen. v. 208. Evanidium, evanidium. In Rhes. v. 348. Nihil & nihil. Cæ tull. Epigram. 63. Leviter & leviter. Horat. 1. Carm. Od. 35. v. 15. Ad arma ad arma: & Homer. 8. Odyss. v. 285. Vincula insfrangibilia, insolubilia. xv. 317. Ridicula, risu digna, intolerabilia: v. 347. Iuxta venustam Venerem. Insignis exergasia apud Senecæ in Agamem. n. à v. 285.

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Abstrusa caco carere, & saxo exigat

Amos 1. 1

Joseph.

Hieronym.

Expositio. 1

Reliquia pro re despicibili & nihil.

Expositio. 2

Forer.

Malpead.

Geminatio pro superlativo.

Epitasti & Exergasia.

Ævum per omnes torta penarum modos, Inops, egens, inclusa, padore obsita, Vidua ante thalamos, exul, invidia omnibus, Athere negato, serò succumbat malis.

Senec.

Extollitur argumentum in vividam propoliti expressionem, per aliam atque aliam phrasem; uti in presentiarum de diminutione Moab: quo etiam stylo, Isai. 10. 25. Adhuc paululum, modicumque. Hebr. Paululum, paulum, Maluend. Paucum parvum, minus paululum, valde parum, post pusillum & minus pusillo, valde modicum, paulisper, minus pusillo tempore. En brevitatis & exiguitas, dum Moab innumeras recensebat copias: igitur parvus, pusillus & minus modico, quem vallabat ad oppugnationem numerosa ac valida multitudo. Syr. Levitas in omni multitudine multa: quati non numerus in numero innumerabili, & totum omnino nihili.

Expositio. 3

6 Etiam interpretari possumus per Bebesim, accepta negatione pro Non solum non, & affirmatio pro Sed, vel Imo. Sophon. 3. 5. Iudicium suum dabit in lucem, & non abscondetur: nempe non solum non abscondetur, sed supplicium manifestabitur. Senec. Epist. 100. Humilia praterè omnia & parum erecta: id est, non solum non erecta, sed omnia parum erecta. Euripid. in Phœnijs. à v. 511. Nolo alteri concedere magis, quam mihi servare: in Medea v. 961. Serva, ac des: in Iphigen. in Tauric. v. 525. Communis Græcis odium: in Electr. v. 245. Absens ille nobis carius, non presens: nimirum, non solum non presens, & ad manum, sed longè absens. Hoc enim ichemate eruitur genium Pleonasmifensus, q. d. Moab super omni populo multo, non solum non multus, sed parvus & modicus. Sanctius hic in Paraphr. sufragatur dicens: Ex populo multo nequaquam multi, sed a modum pauci. Hieronym. in cap. 15. ait terramque etiam attritam regionem, atque muros Metropolis corruisse. Unde in textum nostrum subdit: Vix pauci relinquentur in terra, qui subruas habitent civitates, & desertos agros exerceant. Adimpletum vaticinium. Confusus est Moab, quoniam victus est: fuit enim in desertum tibi Israël, quasi inter fures reperisset eum: propter verba ergo tua, quæ adversus eum locutus es, captivus duceris. Rectorqueatur Virgilius 2. Aneid. a v. 333. Priamus.

Bebesim.

Expositio 4.

Hieronym.

Quaquam in media iam morte tenetur, Non tamen abstinit, nec voci inaeque pepercit. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dij (si qua est cælo pietas, quæ talia curet) Persolvant grates dignas, & premia reddant Debita: qui nati coram me ternere lethum Fecisti, & patrios fiedasti sanguine vultus.

Virgil.

7 Per merismos; sive distributionem expõni quit Tautologia, nec invitè; quasi respondeat iustitia cunctis propugnaculis, quæ preparaverat Moab in ultionis fartate. Moab fortis & magnus in muris, dives in opulentia, multus in numero militum. Sed quid tanta moles? Audiuimus superbiam Moab (dicitur per Isai. d. v. 6.) superbus est valde: superbia eius & arrogantia eius, plusquam fortitudo eius. Constabit plane, equidem erit in propugnaculis parvus, in divitijs modicus, in militibus non multus; quasi semper in deterius. Extrema calamitas per gradus saepe ostenditur. Vidimus fusè Tom. 6. Tautolog. 10.

Merismos.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amarilliatis ira.

Virgil.

Accinit Virgil. Eclog. 3. à v. 80. qui fumpit ex Theocrito, Edil. 8. à v. 35. dicente: Arboribus byems terribile malum, aquis siccitas, Avibus autem laqueus, feris silvestribus retia, Homini virginis amor.

Theocrit.

Non secus in bono & utili. Idem ibid. v. 76. & Edyl. 9. v. 7. Dulce mugit vitulus, dulce & bos, Dulce etiam fistula, & bubulcus, dulce & ego. Dulcis vox vitule, dulcis spiritus, Dulce autem estare ad rivum sub divo cubare.

Idem.

A napora.

Cogitationem etiam furatus Virgilius ibid. v. 82. subdens: Dulce satis humor, depulsis arbutus badis, Lenta salix facta pecori, mihi solus Amyntas.

Virgil.

His modis loquendi semper subintelligitur nota comparationis. Thren. 3. 25. Bonus est

Comparatio sua nota.

Do-

Tom. VIII. Taut.

Q

putei & putei bituminis. Plura cogitationi attestantia premissi, Prolog. Galeat. 6. 4. à n. 5. quæ videris. Non secus in nostrum testimonium: *Viderunt multitudinem, quia multi sunt.* Alapid. *Multitudinem numerosissimam.* Græc. ad illud *Iudith*, 15. 8. *Ita ut non esset numerus.* legit: *Multa spoliæ: erat enim multitudo multa valde.* Augustin. 21. *Civit. cap. 24. Multa multitudo.* Apud Profanos Græcos & Latinos uberrima styli seges, & plena horrea. Sophocli. in *Philoct.* v. 727. *Multitudinem multorum.* Homer. 9. *Odysf.* v. 300. *Multum, dense, abunde.* 11. v. 308. *Grandes granditer multum.* Eadem, 24. v. 40. 15. v. 554. *Valde multæ.* 16. v. 428. *Facultates sufficientes multas.* 17. v. 67. *Effugit multam multitudinem.* 19. v. 174. *Multi infiniti:* & 24. v. 371. *Magnitudine maiorem.* Plaut. in *Amphitr.* Act. 4. scen. 4. v. 51. *Gradius grandire gradus.* Idem in *Aular.* 1. 1. v. 10. *Barclæius, 2. Euphorm.* inquit: *Cumulum cumulari:* & Nonus, 1. *Dioof.* v. 186. *Multiplicem multitudinem.* Phrasæ eiusmodi expriment excessum rei, de qua fetmo: qui interdum palligiâ claret, qua vividius explicatur argumentum. Plaut. in *Pœnul.* Act. 1. scen. 1. v. 30. *Lutum lutulentius:* 3. 1. v. 57. *Peregrinum, aliunde, ex alio loco:* 5. 5. v. 11. *Atritate atrior.* In *Epidic.* 4. 1. v. 24. *Inique, iniurius:* In *Rudent.* 4. 3. v. 38. *Impudenter impudens.* Plendol. 1. 3. v. 124. *Cursim curram:* & v. 138. *Dicta dixisti:* denique in *Stich.* 1. 2. v. 63. *Ex malis multis malum, quod minimum est, id minimum est malum.* Plurarchi in *Laconie.* inquit: *Resiâ recie utitur iustitia.* Plura de huiusmodi combinationibus astruxi, *Tom. 3. T. 1. à n. 10.* Ex his elucet sensus Pleonasmii præsentis, ut geminatione conflet excessus tantæ respectivæ multitudinis: etenim non solum pauci erant sed nulli; ad numerum exercitus congregati à Bacchide.

13 *Nos pauci sumus,* dixere. Eadem Iacobus filijs in cæde Sichimorum: *Genes. 34. 30.* In Hebr. phrasis singularis, sed valde pro paucitate significativa. *Nos viri numeri,* legit: haud quia nullius momenti, ut dicit Horat. 1. *Epist.* 2. 27. *Nos numerus sumus;* sed quia pauci, ita ut numerari possimus. *Isai. 10. 19. Reliquia præ paucitate numerabuntur:* & 21. 17. *Reliquia numeri.* Unde sensus est: quid nos cum essent numero brevi, paucissimi & incolæ eius respectu civium, qui præ multitudine numerari non possunt, & multiplicati sunt super numerum? Ita multitudo multa erat: & dicunt emphaticè, *Nos pauci sumus.* Sumus viri, sed numeri sumus: quid in numero virtutis respectu multitudinis innumerabilis? Sicine pro exiguitate detrahi solet aliquid ex entitate existente, vel in entitatis voce, ut festivè Plautus in *Stich.* Act. 2. scen. 1. v. 101. *Mutuum poscenti,* respondit: *Nec tu, nec mutuum.* Nihil datum proculdum, dum totam vocem pronunciare detrectavit. Vernacule: *Ni una bilacba, ni un apiz: ni grande, ni pequeñi:* quo stylo Homer. 10. *Odysf.* v. 93. *Nec magnus, nec parvus, Ni chico, ni grande id est, nihil.*

14 Aliter exponere possumus sumpta quantitate continua pro discreta per enallagen, aut metalepsim: igitur sæpe in Biblijs magnitudo usurpatur pro multitudine & econtrâ. *Sapient. 4. 13. Consummatus in brevi, explevit tempora multa:* id est, diuturna, longa. *Psal. 39. 6. Multa fecisti tu Domine Deus mirabilia:* hoc est, magna. *Rom. 9. 22. Sussumit in multa patientia:* magna scilicet. 2. *Esd. 12. 42. Immolaverunt victimas magnas:* nempe, multas. *Exod. 8. 24. Venit musca gravissima in domos.* Chaldaus: *Multa musca:* videlicet, copia seu multitudo mularum. *Tacit. 15. Annal. cap. 54. Magna cogitatio:* & 13. cap. 49. *Magnarum rerum curam dissimulare.* *Propert. lib. 4. Eleg. 11. v. 3. Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.* Non iuvat ex facili læta corona iugo.

Magnum, putâ, longum iter. Ita ergo in multitudine multa, non tam quantitas vel numerus considerandus est; quam qualitas numeri: ut sensus sit: *Viderunt multitudinem militum, & quam magni & strenui;* quo sensu *Sapient. 4. 3.* dicitur: *Multigena multitudo,* scilicet, omnis generis: & pro conditione exercitus magni, 1. *Machab. 1. 18. Intravit in Aegyptum in multitudine gravi (valida) in curribus & elephantis & equibus & copiosa navium multitudine.* Iteratur multitudo, quæ dicitur multa, gravis & copiosa; ut constaret, quoti milites, & quales. Unde in multitudine multi, idem est, ac milites strenui, non thronones victimæ Martis, ni fugitivi. Nec mirum. *Tabescebat Demetrius interfecto Nicanore:* ideo validi, filij roboris, missi à Rege iracundo sub manu Bacchidis, & optabat summopere proficere Iudam, cuius virtus pridem è manibus surripuerat victoriam. Ita multi erant in multitudine filij Bellonæ, qui gloriosi non solum in militia, sed & impugna. Discrimen est inter bellum & prælium, iuxta illud *Virgilij*, 11. *Æneid.* vers. 541.

Virgil.

Fugiens media inter prælia belli,

Un-

Unde Lucilius de Romano populo apud Nonium, dixit: *Vilius vi, & superatus præ hjs sæpe est multis, bello vero nunquam.* *Lucret. 2. de Rer. natur. v. 5. Belli certamina magna tueri.* Bellum est in certamine præparatio, ac dispositio: prælium belli scopus: igitur pugna conflictus, velli ultimus motus, est momentum a quo pendet victoria, ad quam disponuntur arma. Haud secus qui cum Iuda erant tempore belli, in pugna syltema, videntes multitudinem militum hostium, quia multi & numero & robore; ex bello cogitavit exitus prelij: quandoquidem respectu viginti milium virorum, octingenti, exercitus Iude parvus & modicus & nequaquam multus.

Discrimen belli & prælij.

15 Multoties in Scriptura non veritatis errare solet in numeri supputatione; equippe ad speciem opposita nescit coniungere. Sciendum est, interdum in Sacra pagina equites dici, & qui equis & qui curribus vehuntur. Hi in curribus & hi in equis, & equites omnes. *Equitatus meo in curribus Pharaonis,* dicitur, *Cant. 1. 9. Isai. 21. 9. Veni ascensor vir duorum equitum:* & 22. 6. *Curram hominis equitis.* *Pespicius, Exod. 14. 28. Aquæ operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis.* His præmissis conciliantur occurrentes Tautologiæ. In victoria parta à Davide ad Rege Syriæ-Soba Adarezer, dicitur: *Captis mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum.* *Act. 1. Paralip. 18. 4. Cepit David mille quadringas equis, & septem milia equorum, ac viginti milia virorum peditum.* *Dissonare videtur hic septingentis equitibus, & septem milia equitum.* Haud assentior Abulensi, afferenti hic, *quæst. 13.* plura in libris Paralipom. expressa, quæ in libris Regum omiſsa. At hic nihil omiſsum, cum in utroque loco textus designet numerum plenum. *Apris Serarius. Hic (inquit) esse usitatum numer. elipsim. Equites, id est, equitum Decurie:* quæ quidem si 700. conficiunt 7000. Verum hoc eit peticio precipij. Iuxta huiusmodi cogitationem Antilogiam solvit Maluenda: additque (etiam Alapide suffragante) tot fuere primarios equites, scilicet, septingentos; sed universos septem milia. Quapropter utrumque verum. Proclivius ac clarius iuxta regulam prætaram: minimi equites dici, qui vehuntur curribus. Indicatur hic tantum numerus equitum, qui singulis equis prælio aliterunt, scilicet 1700. reliqui autem usque in 7000. præliabantur e curribus; qui uti præliantibus, equites quoque dicebantur; unde in huiusmodi propositum his mille designantur quadrigæ loc. cit.

Equites pro bis qui equis vel curribus portantur.

2. Reg. 8. 4

Antilogia.

Ellipsis.

16 Idem dicendum ad illud certamen, quò iterum in David congregati Syriæ & trans Euphratem, vel ex Syria Sophena, & Mesopotamia: in quo dicitur, *Occidit David de Syris septingentos currus, & quadraginta milia equitum.* Eadem 1. *Paralip. 14. 28.* narratur historia; diciturque: *Fugit Syrus Israel, & interfecit David de Syris septem milia currum, & quadraginta milia peditum.* Currus non interficiuntur, quare necessario intelligendum de equitibus, e curribus pugnantibus, uti diximus: hic enim numerantur, quot currus; & ibi milites, qui currus in conflictum occupabant. Ludicra hic Caietani cogitatio (cum ex textu constet denuò Syros in Davidem congregatos) afferentis in Antilogia concordiam: *Diligenter annotabis,* quòd hic supputantur *interfecti:* cap. verò 8. *supputantur capti ex exercitu Adarezer:* & propterea alius numerus scribitur ibi, & alius hic: & non ideo quod diversa scribantur bella hic & ibi: idem bellum utrobique scribitur, sed man fesse littera ibi loquitur de captis, hic de occisis. Ex falsis illata, falsa nonnumquam: studuit Caietanus dicere nova. *Faticant.* Amplius negotium nobis faciesit concordandi numero, quod in primo textu interfecti dicantur *quadraginta milia equitum;* & in posteriore, *quadraginta milia peditum.* Maluend. ex Hebræo conciliat legens: *Occidit David de Syris septingentorum currum equites, & quadraginta peditum milia.* Nervose & genuinè (cui iustitragor, sicut fecit Alapide) Doctis. Sanctius, n. 18. *In eo bello (inquit) occiderunt septem hominum milia, qui in septingentis vehuntur curribus (decem in unoquoque) & insuper quadraginta equitum, & totidem peditum milia. Quare in eo congressu ex Syrorum castris, octoginta & septem milia desiderata sunt.*

Ibid. cap. 10. 18.

Antilogia.

Caietan.

Maluend.

Sanctius.

17 Ut in argumentum nil intactum relinquamus etiam aliam occurrentem antilogiam exponemus. Postquam David onustus spolijs Syrorum, pervenit in Salinarum vallem, & in triumphum signum erexit sibi fornicem; ibi de Idumæis interfecisse dicitur, decem & octo milia. Pro huiusmodi victoria confecit Psalmum, 59. in cuius titulo legitur: *Cum succendit Mesopotamiam Syria & Sobal, & convertit Ioad, & percussit Iamneam in valle Salinarum duodecim milia.* Hieronym. Tradition. in 8. cap. 1. Reg. subdit: *Si quem moeret, quod in plerisque Latinorum codicibus invenitur, David non decem & octo milia in valle Salinarum, sed duodecim milia cecidisse, novem, hoc vitio scripturam*

Ib. cap. 8. 13.

Hieronym

in

In eisdem codicibus inditum esse: veraciter tamen David in eadem valle Salinarum decem & octo millia cecidit. Ibid. in 1. Paralip. 18. Infit Multi enim duodecim millia habent, errore ducti, eò quod in Psalmo scribitur, Duodecim millia: scia illic duodecim millia Iob inter fecisse perhibetur; hic decem & octo millia, Abisai: & propter regalis nominis dignitatem Davidi gloria adscribitur. Textus ibid. v. 12. Abisai filius Sarvia percussit Edon in valle Salinarum decem & octo millia, Mira coacervat Caictan. in Psalmo. prafat. quem videtis. Magis congruum videtur filo historiae, Abisai; absente Iob, certamen inissile, in quo decem & octo millia prostravit, supervenienteque Iobo, casi simul ab eo intuper duodecim millia. Icreo dicitur: *Convertit Iob.* Hebr. *Reversus Iob*, quippe absens fuerat. Ildor. Clarius cogitat, prima acie ab Abisai occissa sex millia, & duodecim à Iob prosequente victoriam; ex occisisque ab utroque Duce numerum octodecim millium revertare. Sat de implexis.

18 Modò in affinem precedentibus Tautologiam, ut gigantum explicemus statum magnam. Ibi (dicitur per Barucium) fuerunt gigantes nominati ille, qui ab initio fuerant, statua magna scientes beliam. Ibi, idest, inter eos, qui viam sapientie nescierunt. Sabulatores & exquisitores prudentie & intelligentie; de quibus v. 23. Frequens & curio, cuiusvis lingue sigillatà dialecto. Luc. 10. 6. Si ibi fuerit filius pacis (nempè inter illos) requiescet super illum pax vestra. Expresse Psalm. 98. 6. *Mojse* & Aaron in Sacerdotibus eius. In pro Inter, ut sequitur: & Samuel inter eos. Hebr. *Samuel in invocantibus nomen eius.* Pf. 84. 9. In eos, qui convertuntur ad cor. Sophocl. in *Electis*. v. 646. Non enim in (inter) amicis, omnia aperire decet. Plaut. *Pseudol.* Act. 4. scen. 1. v. 38. *Ibidem* (inter eas) una aderit mulier lepida. In *Menach.* 4. 2. v. 42. *Quid illuc est negotij?* Tibull. lib. 4. *Eleg.* 1. v. 38. *Sim vider in illis*, pro Inter illos. Uiqueque Virgil. 1. *Aeneid.* v. 495. *Furens mediisque in millibus ardet*: lib. 6. à v. 479. regredit:

Hic illi occurrit Iydeus, hic inelystus armis
 Partenopaus, & Adastri pallentis imago.
 Hic mullum steti ad supero, belloque caducil
 Atque hic Priamiacem laniatum corpore toto.
 Hic genus antiquum terra, Titania pubes.
 Hic quibus inveni fratres, dum vita manebat, loci.

Ubi ut vides, Tò In, Ibi, Ibiadem, Illuc, & Hic sunt adverbia non loci aut temporis, sed ordinis: quapropter idem ibid. v. 450. pramissit:

Inter quas Phoenissa recens & vulnere Dido.

Iul. Caesar de *Bell. civil.* in fit; In barbaris (pro Inter barbaros) et at nomen Caesaris obscurus: & Sueton. in eo, cap. 76. In cursu nunciatum, pro Inter curvenam. Non secus accipiendum tò Ibi, in textu sacro: inter eos, scilicet, inventi sunt homines dicti gigantes, in saeculo viri insignes, vasta corporis proceritate, sapientiaque sulta nominati & à veri Dei cognitione remoti. Ut ergo sentum prafata auctoritatis, quali possent esse exigua staturæ proceres, & magna statura pygmaei) eliciamus; operæ erit pretium discernere de genere pygmaeorum atque gigantum.

19 Nonnulli gigantes fuisse inficiantur, contra tot AA. probatæ fidei, imò contra visa nostris etiam temporibus. Testis oculatus sum puella tridenis, superne formosae; nisi quòd brachium dextrum & mammam habebat quasi picipium Iquamis depictam. At à coxendice usque ad pedes imos staturæ ac molis gigantæ, quam etiam comitabatur monitrositas, incedentem pede ac genu: equidem ubi ex suffragine debebat pedi respondere pes, orlebatu aliud portentofum crus, in cuius extremitate erat pes rotundus, tum me obfus, vel respectu proceritatis grandioris ambitus. Unde si corpus superius responderet inferiori, duplicis esset con munis hominum staturæ. Ex AA. plurima obijcere possem, sed videtis apud Augustin. 15. *Civit.* cap. 23. Theodoret. in *Genes.* quasi. 48. Perer. in *Genes.* lib. 8. disput. 4. à n. 117. Bonfrer. Leonard. Marius, Alapide, Haye, Caictan. Maluend. & alij Interpretes sacri ad illud *Genes.* 6. 4. *Gigantes autem erant super terram in diebus illis.* Pineda in *Iob.* 29. 5. Sherlog. 1. *Antiq. Hebraicar.* disertat. 4. lect. 4. à num. 33. Delr. tam loc. cit. *Genes.* quam in *Oedip. Senec.* à v. 91. Hieronym. Magius fise, 1. *Miscell.* cap. 4. Maiol. *Tem.* 1. *Colloq.* 2. & *Tem.* 2. *Colloq.* 1. Serar. in *Iustic.* 15. quasi. 35. Ioseph. 18. *Antiq.* cap. 6. Munler. 5. *Cognograph.* cap. 170. & 6. cap. 58. Iul. Caesar Bulenger. *Eclog.* 3. Ravil. Text. 2. *Offic. n.* cap. 37. Paul. Zach. lib. 7. 99. *Medicolog.* titul. 1. quasi. 1. à n. 34. Reyes-Franco in *Compo Elys.* quasi. 2. 5. à 8. Paulian. cap. 34. 105. 182. 261. 264. & 319. Plin. 7. cap. 16. Plutarch. in *Theseo.* Mejam. 2. de *Situ Orb.* cap.

Tertia Anti- logia.

Baruch. 3. 26.

Iu. Ibi, Ibi- dem, Ibi, & Il u. pro- mter.

Virgil.

Idem.

Puella gi- gans.

Eap. 5. Galeor. Mart. de *Doctrin. promise.* cap. 36. Olbaum Magn. 1. *Histor. Septentr.* cap. 36. Guiliel. Parisiens. de *Unioers.* p. 2. cap. 25. Ioann. Lallium, lib. 4. in *Eugen.* H. Ioan. Picard. lib. 1. de *Prisca Cethopaedia.* Cael. Rhodigin. *Antiq. lect.* 2. cap. 6. 3. 8. & 30. cap. 32. Natal. Comit. 7. *Mytholog.* cap. 1. Iul. Capitoiin. in *Maximin.* Solim. cap. 55. Herodot. lib. 1. n. 18. Acoftam, lib. 1. de *Natur. nov. orb.* cap. 19. Maftreum, *Histor. indic.* lib. 11. Vafconcel. in *Joann. III.* n. 25. Secundam navigationem Americi Vefpuf. de qua etiam Surlus, *Ann.* 1511. Melch. Nufez. ann. 1555. Argensol. *Annal. Aragon.* lib. 1. cap. 105. Ulyff. Aldrovand. de *Monfr.* Tom. 4. à fol. 34. ex quibus omnibus & alijs sexcentis claret, quam prapofite in sua *Batavia*, Adrianum Iunium dixisse, namquam & nusquam in rerum natura fuisse gigantes. Ubi verò ab aliquibus & doctissimis negatur fuisse gigantes, intelligendum est, eo modo quo ficti à Græcis.

Terra feròs partus immania monstra gigantes

Edidit, aufivos in domum ire lovis.

Mille manus illis dedit, & crinibus anguens

Atque ait: in Magnos arma moveat Deor, &c.

Ut pingit Ovid. 5. *Fafior.* à v. 35. & alij apud Natal. Comit. d. lib. 6. cap. 2. 1. Non enim secundum Græcorum Poetas, maximos illos gigantes, nos fuisse dicimus, tam sublimibus corporibus, ut & insulas ex medio mari raptant, & in caelum projiciant; sed fædas aspectu, & monstrosos & temerarios: nec adhue tantum transcendentés humanitatis mensuram: quantum Græcorum sapientibus, qui mentiebantur; dicere visum fuit. Hactenus Cyrill. Alex. lib. 9. *Contr. Julian.* Describit totum Alcim. Avitus, 4. *Geneleos*, à v. 89.

Tempore quinetiam peccatis terra sub ipfo

Nutribat sævos immania monstra gigantes;

Nec tamen effari solitum quo semine creto;

Communi cunctis ortum de matre ferebant,

Qui genus, unde patres, prohibent arcana fateri.

Si speciem queras, humani corporis illis

Plus vultus, quam forma fuit: sic linea membris

Conveniens, hominem monstrabat difsona molem.

Quapropter deinceps commentis Græcia fictis

Dedecus infandum misit in formibus auxit,

Et portentofis descripsit corpora membris;

Pube tenus cum forma viri, cum corporis ima

Supplerent vasti misfo pro crure dracones;

Artus semihominum patulis qui faucibus, imò

Integros vivosque homines crudo ore vorarent.

Tunc etiam aiebant atro terrore, Tonanti

Blasphemis caelo convitia mittere plantis,

Mordacesque pedes motu fremuisse veneni.

Hæc sunt prisorum qua de terrore gigantum

Carmine mentito, Graij cecinere Poeta.

20 De his multa Vates Ethnici, notque in *Ephemer. Ifagog.* Othobr. à n. 10. De- Aloidis, Oto & Ephialte, post Oriona, qui tranavit Oceanum, accinit Homet. 11. *Odyff.* à v. 310.

Novennes enim cum essent novem cubitorum erant

Latitudinæ, ceterum longitudo erat novem ulnarum;

Floridè Virgilius, 6. *Aeneid.* à v. 583. de his & Tityo succinit:

Hic & Aloidas geminos immania vidi

Corpora: qui manibus magnum rescindere caelum

Agressi superisque Iovem detrudere regnis,

Necnon & Tityon, terra omnipotentis alumnus;

Cernere erat, per tota novem cui iugera corpus

Porrigitur.

Imitatus est Solorzanus *Emblem.* 57. sequens Plutarch. libell. de *Facia in orbe Luna.* Artemidor. lib. 2. cap. 42. Hygin. in *Præm.* ad fabul. *Palephat.* lib. 1. *fab.* 6. Adrian. *Iun. Centur.* 4. Adag. 22. Claud. de *Bello Getic.* à v. 74. subdens;

Membris alternis vastissimus Ephialtes

Crevit in inmensò corpore semipede.

Ante dilu- vium fuerit gigantes.

Ovid.

Quales Cythll, Alex.

Alcims Avis.

Fifa à Græ cin

Homet

Virgil.

Solorzan.

Doc.

Cyroll. Poetarum alius (ait Cyroll. Alex. lib. 3. in Genes. Siciliam totam ab uno gigante in caelum proiecitan cecinit, sub qua post certamen iacuit. Virgil. d. lib. 3. à v. 578.

Alex. Nonnullarū singulariū proceritatis.

Virgil.

Fama est, Encladi semisstum flumine corpus Unger mole hac : ingentemque insuper Etnam Impositam, ruptis flammam expirare caninis: Et festum quoties motat latus, intremere omnem Murnare Trinacriam, & caelum subtexere fumo.

Solin.

Adi Ovid. 15. Metam. fab. 25. & Senec. de Tranquill. cap. 3. Orontem signat Herodotus loc. cit. Septem cubitorum, idemque Plin. d. qui ibid. Orionis refert. XLVI. Gabbarr IX. Pulsionem & Secundillam denos pedes & amplius habuisse proceritatis, quorum reliqua adhuc in conditorio Salustianorum videntur : ait Solin. cap. 5. & Plin. d. Pausan. cap. 261. Urna fictilis repeta est (inquit) cubitorum XI. & in ea cadaver nibilo brevius, humana specie ex omni parte corporis : hunc Orontem fuisse, ex Indorum gente, Clarij Apollinis oraculo, Syris consulentibus, responsum fuit. Alludit Iuvenal. Satyr. 3. v. 61. uti observat. Isaac. Grang. Ibid. Subdit Pausan. cap. 319. Mox iterum Herculeus Gades reversum, maritimum hominem in listis electum invenisse, nibilo breviorum, quinque ingerum spatio : qui fulmine icibus consagrarat. Georg. Draud. in cap. 3. Solin. addit: In occiduis partibus reperta est puella, quam unde juveniorem gurgites ab Oceano terris adduxerint, ignoratur, in capite vulnerata, & mortua; que quinquaginta cubitorum erat, & inter humeros quatuor latitudinis, induta eblamide purpurea. Sastragatur Vincent. Histor. Natur. lib. 31. cap. 125. In Africa homines septuaginta cubitorum, refert Maniter. d. cap. 57.

Pausan.

Draud.

21 Quasi haecine exigua, idem lib. 25. cap. 34. quem amalatur Galeot. Mart. & Draud. loc. cit. aserit, corpus Pallantis, quem Turnus occidit, Roma inventum, cum vulnere in pectore quatuor pedum longo, tantae proceritatis, ut Urbis muros aquaret. Quod quam ridiculum, constat ex Virgilio, qui lib. 11. Aeneid. v. 76. aserit exitum. Harum unam invenit supremum moxus honorem Induit, arsurasque comas obnuvit amictu.

Mendacia ingentia.

Virgil.

Mendacia excedit, quod refert Boccat. 4. Genealog. Deor. ubi ex symetria cadaveris inventi arguit gigantis proceritatem esse ultra ducentos cubitos, Polyphemique fuisse creditum. Addunt nonnulli dentem molarem in Utica littore ab Angulino alijque visum; ut ipse narrat. d. cap. 9. & alio suppari confirmat ibid. Ludovic. Vives; sicut Aldrovand. d. fol. 38. offe formis, cui Vives dentem attribuit: alia multa apud praefatos videnda; igitur Historicis videtur nulla in narratione claritas, ni in portentum lectorum occurat gigas, cui indant antiquum nomen, & mortis ministrum fulmen. Virgil. 1. Georg. à v. 493.

Idem.

Scilicet & tempus veniet, quo finibus illis Agricola, incurvo terram molitus aratro Exesa inveniet scabra rubigine pila; Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes, Grandiaque effusis mirabitur ossa sepulchris.

Deuter. 3. à 11.

22 Hæc enim firmant historijs factis, & potissime Rabbiorum sententijs. Quid nondictum de Og? Solus resisterat de stirpe gigantum: monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. Quæ non commentum Rabbini! Diximus supra Tom. 4. T. 8. à n. 6. & ampliora refert Iul. Bartolocius in Bibl. Rabbinit. & Ludovic. Marracius in Prodrom. ad Refutat Alcoram. p. 2. qui cap. 1. ex Moslemis Arabib. subdit de Og mira illorum figmenta, respectu quorum, levia, quæ pridem ficta. Elegit Moyses duces duodecim & abiit cum eis, donec appropinquarent terra Chanaan, ubi erat Lericho, misitque ad eam illos duces, ut exploratores essent pro se. Occurrit autem illis quidam è gigantibus, qui vocabatur. Og, situs Anac, cuius stature altitudo erat viginti trium millium & triginta trium cubitorum. Porro Og apprehensus nubes attrabebat ad se, & aquam bibebat ex eis, capiebatque pisces in profundo maris, assabatque eos ad sphaeram Solis, & comedeat eos. Fertur etiam ex traditione, quod venerit ad Noe tempore diluvij, & dixerit ei: Porta me tecum in Arca. Cui Noe: Discede, inquit, à me ò inimice Dei. Operuit autem aqua altiores montes terre, nec tamen pervenit ad genus Og: vixitque ter mille annos, & perdidit illum Deus per manum Moysi: cum enim exercitus Moysi novem miliarium spatium occuparet, venit Og: & postquam vidit eum, perrexit ad montem, & excidit ab eo petram tam latam, que operiret totum exercitum, imposuitque eam supra caput suum, ut super exercitum

Fabula de proceritate, ac viribus Og gigantis.

Marrac.

conijceret, Misit autem Deus upupam, qua vestro suo petram perforavit, ita ut caderet super collum Og, circumdans illum per modum torquis: Og vero pondere illius gravatus, cecidit in terram. Tunc Moyses cucurrit ad eum, cumque esset decem cubitorum, accepit hastam longam decem cubitos, & contexit eam sursum erga caelum per totidem cubitos, & tamen non pervenit nisi ad talos Og, quamvis iaceret humi prostratus, atque ita occidit eum. Venit multitudo cum suis, & reciderunt caput eius: cumque occisus esset, iacuit proreus usque ad Nilum Aegypti per annum. Erat autem mater eius nomine Enac, una ex filiabus Adam, & prima mulier fornicaria in terra, & habebat digitos longos tres cubitos, & in singulis digitis habebat duos ungues acutos, velut duas falces. Cum autem fornicata fuisset, misit contra illam Deus leones, velut elephantes, & lupos velut camellos, & aquilas velut asinos, & occiderunt & comederunt eam. Og vero cum occurrisset exploratoribus, misit à Moysse, portans fascem lignorum (cur non dicunt silvam, aut lucum?) in capite; corripuit manu omnes ipsos duodecim, & posuit eos in pera sua, venique cum eis ad uxorem suam, & ait illi: Aspice, oro te, hos homines, qui volunt pugnare contra nos: & eratis è pera proiecit ante illam, dicens: Visne molam illos pedibus meis? Illa vero, Sine, inquit, ut eant, & nuncient suis, que viderunt. Ibi erat vinea, ex qua Og concessit uvas afferri. Porro tam vastus erat uva botrus, ut quatuor viri portarent illum. Cum egressi fuissent duodecim viri, illi, dixerunt ad invicem: Si hæc annunciarimus filijs Israel, avertentur à Propheta Deireferte hoc tantum Moysi & Aaroni. Venerunt ergo ferentes unum granum ex uvis eorum, & erat quantum camelus ferre poterat. Tunc isti ceperunt disseccare popululum, ut pugnarent contra eos, referentes illis ea que viderant: verum duo ex illis Caieb filius Iephone, & Iosue filius Nun occultaverunt, quod viderant: & hoc significat verba illa Alcorani: Et iam quidem accepit Deus pactum filiorum Israel. Quotæ ineptiæ ex otiosorum fictione? Reliqua furfuris eiusdem, retulimus in Ephemer. S. Septembr. n. 1. ex Leonard. Mario.

23 Iam non mendacia, quæ ab Ethnicis studiosè conficta; ubi à Moslemis, idest, fidelibus, huiusmodi volant somnia. Virgil. d. lib. 12. à v. 896. de Turno fuccinæ:

Saxum circumspicit ingens
Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, licem ut discerneret arvis.
Vix illud lecti bis sex cervice subivent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellur:
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens, & cursu concitus Heros.
Decerpit ex Homero
Iliad. 12. & 14. sicut ex ipso Statius 2. Thebaid. à v. 555
Abscisit infringens cautibus uncas
Exuperat iuga dira manus, scopuloque potitus,
Unde proci tergo metus, & via prona nocendi,
Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
Vertere humo, murisque valent inferri iuvençi,
Rupibus evellit: dein toto sanguine nixus
Sustinet, immanem quærens livore ruinam.

Virgil.

Stat.

Panis vires ingentes tribuente Aldrov.

Quando gigantei

Berol.

De prodigiosis viribus, lege Plin. lib. 7. cap. 20. Solin. cap. 6. ibique Draud, qui miram refert historiam de quodam hitrone; sicut Aldrovand. Tom. 4. fol. 216. maxime de quodam rustico, quæcumque gravia onera attolente, Et tale robur (inquit) ex panis esu in margine cuiusdam fontis inventi, se adeptum esse predicabat: de quo alibi. Hæc & alia cum Prisci viderent in ostentationem roboris, validos viribus vocare gigantes, cum fecit Rab. Simeon, in Sudent. cap. 1. asserens Samfonis humeros sexaginta cubitorum, cum fuisset proceræ communis stature: aliàs Dalila haud quassisset, unde illi tantæ vires, si giganteæ esset corporeæ terribilis vastitatis. Vide Serarium in Iudic. 16. quest. 35.

24 Gigantes fuisse in omni ætate (etsi Isidor. in Chronic. Ann. 1254. inceptis asserat tempore Lamech) fatendum est; maxime ex stirpe Cain, qui quidem multiplicati, postquam filij Seth ex illorum filiabus genuerunt filios, staturâ ac impietate famosos; de quo Caieran. hic, & Berofus Annian. lib. 1. Circa Libanum (ait) fuisse Enos, urbem maximam gigantum; qui universo orbi dominabantur ab occasu Solis ad ortum. Hi vastitate corporis ac robore confisi, in ventis armis omnes opprimebant, libidinique inservientes, invenerunt patriliones, & instrumenta musica & omnes delicias. Manducabant homines & procurabant abortus, in edulibusque preparabant, & commiscebantur matribus filia-

Tom. VIII. Taut. R